Quelle: http://manuscripta.at/?ID=940
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



nus nullis adversita
tibus lesi. sed de omni tri
bulacione et angustia e
repti. leti in ecclesia tua
sancta tibi gratias refe
Deus Secretam. P.
qui tribulatos corde
sanas. et mestificatos
actu letificas. ad hanc
propicius hostiam dig
nanter attende. quam
tibi pro liberacione nostra
offerimus. tu et hanc be
nignus accepta et nostra
miseratus sana discri
mina tribulacionis nostre
attende miseriam. et an
gustiarum nostrarum sub mo
ue pressuram. ut exuti
omnibus que patimur ma
lis in tuis semper mereamur
exultare iudiciis. P.
Dimitte domine Cōpl:
per hec sancta peccata nostra. et
tribue nobis misericordiam tu
am quam precamur. ut nos

tram humilitatem atten
das. uincula soluas.
delicta deleas. tribula
cionem inspicias. adversi
tatem repellas. effectum
que peticionis nostre lar
giens supplices tuos
clementer exaudias.
P. Pro uiuis et defuncti
Omnipotens sempi
terne deus. qui iu
uorum dominaris
simul et mortuorum om
nium que misereris quos
tuos fide et opere futuros
esse prenoscis. te suppli
citer exoramus. ut pro qui
bus effundere preces de
creuimus. quosque uel
presens seculum adhuc in
carne retinet. uel fu
turum iam exutos cor
pore suscepit. pieta
tis tue clemencia delic
torum suorum omnium ueniam
et gaudia consequi mereantur